



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

9. Quando ei oblata prophetia, de qua cap.40.v.1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

EZECH. XL. v. 1.

**I**N vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni decimo  
Idodécimo anno, postquam percussa est ciuitas, in ipsa hac die, facta est  
Domini.

QVÆSTIO IX.

*Quando hæc prophetia Ezechielis tradita sit*

*Hebrais  
exordium  
anni tri-  
plex.*

1. **E**xordium anni triplex apud Iudæos reperitur. 1. anni facti  
tractuum, Sabbaticorum, Iubilæorum à mense Tisri ordinari-  
ticulares, ab aliquo certo mense, quo singulare quippiam con-  
v.g. ab enthronismo alicuius regis. Sic anni ab Exodo ac curate  
computantur. Anni ingressus in terram die 10. eiusdem. Anni capite  
die 9. Tamutz, incensæ, 9. vel 10. mensis Ab. Ternæ pariter sunt  
interpretationes. *Prima* est communi Hebræorum, qui hoc annum  
commodant ad mensem Tisri, quo Iubilæum illo tempore copon-  
quia primam Ezechielis prophetiam consignant anno quinto  
nis, periodi Iubilææ 30. his addunt 20. & exurgit annus 27. trans-  
dem 50. siue Iubilæus. Quoad mensem assentitur Mariana, & pro-  
Cornelius. Fauet Theodoretus, qui locum istum, ubi habemus  
interpretatus est, in nouo anno: qua nomenclatura Hebræi men-  
gnant, vt hic notat S. Hieronymus.

2. *Secunda* classis interpretum, hoc anni exordium cenfer  
rendum, & ab ea prophetia, quæ cap. 1. Ezechielis describitur, huc  
19. menses 9. dies quinque supputat: totidem enim effluxerunt, à  
mensis quarti, anni à transmigratione quinti, vsque ad istum eiusdem  
grationis quintum & viceesimum. Ita hunc locum explicat S. Hiero-  
Lyra, Maldonatus, nec aliud Cornelium voluisse puto, dum hoc  
ab illa prima visione 20. annis submouet, & mense Nisan adferbit.

3. *S. Gregorius* autem tertiam viam insistit, & hanc prophetiam  
ad exordium illius mensis, quo percussa est ciuitas, ita vt Dei bonitas  
phetiam ea die inspirauerit, qua ciuitatem iustitia percusserat. Grego-  
quitur Hugo, & exordium anni hoc loco ait esse emergentis à tempore  
Chaldæus Ierosolymam expugnauit.

4. *Prima opinio* sine efficaci argumento sumit, quod probandum  
tia opinio, non videtur commodè applicare diem 10. ad Urbis expug-  
enim fuit nonus quarti mensis. Ierem. 52. v. 6. Si vero ad tempus & trans-  
grationem dies ista 10. referatur, interpretatio non erit incongrua.  
enim nona quidem die Ab, violatū est, vt tradit Hebræis sed decima

17.  
H. Philip

Chrono  
vet. Testa

A IV  
17



cum ipsa vrbe regijque palatij. Ieremia 52. v. 12. quasi Propheta diceret: anno 25. transmigrationis incepto, & 14. ab vrbe euerfione illa ipsa die decima quinta mensis, qua conflagrauit. facta est super me manus Domini, &c. Sic ista propheta incidit in diem 10. quinti mensis Ab nuncupati.

5. Existimo tamen probabilius esse, hanc orationis particulam, ipsa hac die, non referri ad cladem ciuitatis, sed solum ad diem anni ineuntis, & mensis Nisan, vt prater iam laudatos num. 2. notat Menochius. Sicut enim alibi passim annorum & mensium seriem à Nisan sacra Scriptura computat, nisi quid aliud insinuerit hoc loco Propheta ad idem principium respexisse, & hanc visionem, annis ex quo prophetare cœperat 19. mensibus 9. & diebus quinque expleis accepisse videtur.

6. Notat hoc loco Theodoretus post Jechoniam abductum, Sedeciam regnasse 11. annos. paucis, inquit, mensibus exceptis: quippe cum vndecimo Sedecia regis annis capta sit vrbs. Vnde infert, iure igitur dixit, annum quo capta fuit vrbs quartum decimum, sua captiuitatis quintum & vigesimum esse. Sciam Gregorius: vndecim, inquit, annis regnauit Sedecias post captiuitatem primam, in qua Ezechiel Propheta, cum Ioachim rege ductus est. Post captiuitatem verò eiusdem Sedecia, quæ etiam secunda erat vrbs captiuitas, quarto decimo anno, Propheta visionem vltimam vidit. Vndecim itaque & quatuordecim simul iuncti faciunt quinque & viginti. Eodem modo Hugo ratiocinatur. Ex quorum antiquissimorum & grauissimorum auctorum Theodoreti, inquam, & Gregorij sententia, colligo Sedeciam annos 11. Chronologicos regnasse, & vrbem captam anno illius 11. non ineunte, sed exeunte, vt pluribus disputabam, 4. Reg. q. 22.

7. Qui Sedecia 10. tantum annos Chronologicos imputant, non tam clarè annum decimum quartum captæ ciuitatis cum vicesimo quinto transmigrationis coniungunt. V.g. Cornelius in Harm. Chron. Prophetarum anno suæ computationis ante Christum 607. verno tempore Iechoniam abductum tradit, vrbem excisam anno 592. hanc autem prophetiam signat anno 578. die 10. Martij sive Nisan. At qui anno isto ante Christum 578. die 10. Nisan, adhuc quidem fluebat, annus 14. vrbe euerfæ, iuxta accuratas illius rationes, sed iam inierat annus 26. transmigrationis, si ab initio Nisan anni transmigrationis apertantur. Si verò post Nisan, inchoantur, non erit facile ostendere, quomodo Ezechiel prophetare cœperit anno 5. suæ transmigrationis, vrbs euerfa fuerit anno 11. Sedecia anno ante Chr. 592. & simul hæc propheta edita anno ante Christum 578. prima die Nisan, anno 25. transmigrationis.

8. Opinor Ezechielem supputatione populari annos tum suæ captiuitatis, tum vrbe vastatæ, ad morem anni sacri, ab initio Nisan accersere (nisi efficaci argumento aliud constet) & hanc de templo visionem ei oblatam anno ante

Conclusio.

Sedecias regnauit annos 11.

Annus 14. vrbe capta est 25. transmig.

Hic S. V. ad ses annos deducit à Nisan in suæ prophetijs.

vulga-



P.  
H. Philip

Chrono  
Testa

A IV  
17

vulgarem Christi æram 577. cyclo Solis 21. Lunæ 14. circa 11. Aprilis  
rigido calculo vti placuerit, hoc vaticinium haud grauatè reuocet  
Martij currente anno ante eandem æram 576. cyclo Solis 21. Lunæ  
9. Postremo hic breuiter animaduertendum, istam de tempore  
tiam esse quidem post cæteras vltimo loco conscriptam, attamen  
poris prius editam, quàm oraculum de vastanda Aegypto, cap. 29. v. 27.  
transmigrationis notatum.

¶

NOTE ET QVÆST. CHRONOLOG.  
IN DANIELIS PROPHECIA

Daniel  
prophetas  
vt mini-  
mum 74.  
annos.

**S**cribit Daniel susceptam à Nabuchodonosor  
contra Iudeos expeditionem anno 3. Ioa-  
deinde cap. 10. sibi oblatam visionem  
Cyri, intellige à Babylone subacta, vt Theodorus  
& alij suo loco recensendi bene aduertunt. Anno  
3. Ioaquim ordior anno ante Chr. 610 iterum Cyri  
no 536. Hic itaque liber porrigitur vt minimum  
spatium 74. annorum. Quanto vero tempore  
ceps superstes fuerit Daniel, non constat.

DANIEL. I. v. 1.

**A**nno tertio Ioaquim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babyloni in Ierusalem  
obsedit eam, & tradidit Dominus in manu eius Ioaquim regem Iuda.

QVÆSTIO I.

Vnde ducatur hic tertius annus.

Nō ex quo  
Ioaquim  
tributum  
pendebat  
Chaldæis.

**I.** Hugo, Lyranus, & alij nonnulli putant, hunc annum esse tertium  
Ioaquim, non absolute, sed ab illo tempore, inquit Lyranus, quo  
tributarius regi Babyloni, & iste fuit vndecimus annus regni sui. Quæ interpretatio